dum dicit: Musicam ad honesta revocare studia
Musicae animi passiones devictas cedere à Musica
denique cogitatam sanari: Recitarem quoque hic Cassi-
ani in Prat. collationibus verba, dum inter varia
orationum incitamenta etiam Musicam ponit, reci-
tarem inquam nisi à vobis ea non ignorari scirem, nam
et audistis dum publice legerentur: profecto itidem mi-
nime praeterire possum, quod de magno illo Ordinis
nostri splendore Gregorio M. à viris gravissimis
proditur qui solebat lecto incumbens Musicis mo-
dulis suas solari curas, atque interpellare, cujus
artis, et ipse non rudis erat, quam qua ratione vir
eruditissimus didicerit inter tanta tamque gravia
studia minarer summopere nisi scirem studijs Mu-
sicae nihil obesse: quod à nobis maxime [illegible] ti-
meri omnino nec debet, neque potest: enimvero
quaero ex vobis quos timeatis à studijs avocandos:
illos qui ad scientiam toto animo et sensibus omnibus
feruntur, an illos quibus studia minus sapiunt, et
taedio sunt? alterutram quippe ex his à studijs
impediri esse necesse, si eas dicitis impediendos
qui aut studijs ultimum valedixerunt, aut qui eâ
hi illi sunt, ut minorem ex ijs gustum hauriunt,
quam asini palaes ad carduos aggressi, hi, inquam,
quid vestra interest, utrum ad Musicam transeant
qui studere non possunt nisi forte sotijs fore arbi-
tramini nullos eos colere artes quam Musicam, qua
postquam studijs abrenuntiarunt otiositatem quâ invi-
tâ esse animo repellant atque enervent: restat